Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

inimicus meus supme. Gauisi sunt ergo. tunc resurrexit xps. glorificatus est xps.
Uidentes modo in nomine ipsius conuersi genus humanum modo insultent.
modo caput agitent immo iam caput figant aut si agitant caput stupendo
mirando agitant; modo enim dicunt. Nunquid iste est quem dixerunt
mores et prophetae. De illo enim dixerunt. sicut ouis ad immolandum
ductus est. et sicut agnus coram tondente se sine uoce sic non aperuit os suum;
Uulneribus eius sanati sumus; Uidemus enim quia crucifixus iste. duci post se
genus humanum et sine causa dixerunt patris nri. occidamus eum ne saeculum
post illum pgat. iste non post eum pger et sic non erit occisus; Inhoc cognouimus
uoluisti me et nm non gaudebit inimicus meus supme; Me autem propter innocentiam
meam suscepisti. Uere innocentiam integritatem sine peccati reddituone.
sine debito, flagellum sine merito; Pro innocentia mea suscepisti me. et con
firmasti me in conspectu tuo in aeternum. Confirmasti in aeternum. infirmasti ad tempus;
Confirmasti in conspectu tuo. Infirmasti in conspectu hominum; qui dergo laudes illi gloriam illi; Benedictus dns dsrl. Ille est enim dsrl. dns noster.
Dsiacob dsminoris filii. dsminoris populi; Ne modicat de iudaeis. hoc dix.
Nsum ego isti. magis iudaei. Nsunt isti. maior enim filius. ipse est maior
populus dsreprobatus. minor populus dsiustus. maior seruit minori;
modo impletum est. modo ff. nos seruiunt iudaei tamquam capsarii
nri sunt. eruciemur: nos codices portant; Audite inquo nobis iudaei seruiunt
et non sine causa. cain. ille maior frater. quo occidi minorem fratrem
accipit signum. Nos cideretur. ideo ut maneat ipse populus. apud illos.
sunt prophetae lex in qua legere et in quib: prophetis xps praedictus est. quando
agimus cum pagani et ostendimus hoc euenire modo in ecclesia xpi. quod
ante praedictum est de nomine xpi. de capite et corpore xpi. Ne putent nos finxisse
illas praedicationes ex his rebus accidere quasi futuri essent. nos conscripsisse
proferimus codices iudaeorum; Nempe iudaei inimici nri sunt. de inimicis
conuincitur aduersarius; Omnia ergo dns distribuit. omnia pro salute nra
ordinauit. praedix. ante annos impleuit. hoc tempr impleuit. impletur est.
Ita tenemus redditorem. ut credamus debitorem; Quia et illa quae non dum dedit
dabit. sicut quae iam dedit dedit; Si quis probare uult ubi sint scripta
lege moysen et prophetas. si aliquis pstrepit inimicus uobis prophetias finxisti.
Proferantur codices iudaeorum quia maior seruit minori; Ibi legat ista praedicta
quae modo uidemus impleta; et dicamus omnes. benedictus dns dsrl a saeculo et in saeculum;
Finit expositio psalmi quadragesimi.